



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 42. Concilium Avenionense a Cardinale de Fuxo celebratum

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV.
A.C 1457.

§. XLII.

*Concilium Avenionense a Cardinale de
Fuxo celebratum.*

Collect. Conc. Currente hoc anno Avenione celebrata
6. Labbe est Synodus, cui præfuit Petrus de
Tom. XIII. Fuxo Cardinalis, Archiepiscopus Arela-
pag. 1406. tensis, ac Legatus Avenionensis. Inter-
rerant quoque Alanus S. R. E. Cardinalis;
Robertus Aquensis Archiepiscopus; Pe-
trus Episcopus Aptensis; Georgius Se-
necensis; Gaucherius Vapincensis, & Ni-
colaus Massiliensis: Adfuere etiam Pe-
trus Dignensis; Petrus Glandavensis; Pa-
lamedes Cavalljanus; Pontius Vasionen-
sis; Joannes Rhegiensis; Stephanus Fri-
cassinus, Michael Carpenteractensis, &
Joannes Auraisonensis. Ceterum Car-
dinalis de Fuxo natione Gallus Ordinis
Minorum a Martino V. summo Pontifice
cardinalitio honore insignitus, jam antea
Concilio Constantiensi interfuit, nunc ve-
ro ex eo potissimum consilio præsentem
Avenionensem coegit Synodum, ut Ba-
fileensis Concilii decretum de Conceptio-
ne Beatissimæ Virginis Mariæ confirma-
ret. Id ipsum præstítit statuto, quo se-
vere omnibus, & singulis sub poena ex-
communicationis inhibuit, ne ullus
contrariam opinionem prædicare, vel pu-
blice de illa disputare præsumeret; Præ-
terea

terea mandavit Ecclesiarum Curatis, ut Sæcul. XV.
 hoc statutum publicarent, ac populo ex- A.C. 1457.
 ponerent, ne fidelium quisquam ignorantiam obtendere valeret. Hæc Synodus celebrata est in Ecclesia Cathedrali Avignonensi die septima Mensis Septembris Anno Incarnationis millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo Pontificatus Callisti tertio; illius autem autographum in Bibliotheca illustrissimi Episcopi Vaisonensis asservari testatur Pater Labbeus.

§. XLIII.

Pax Regem inter & Delphinum restituta.

Interea Rex Galliarum, cum Delphinus *Joa. Chart.*
 ad Burgundum se recepisset, cuncta *Hist. Car.*
 Delphinatus loca occupabat, urbesque *VII. pag.*
_{288. & seq.} ad confinia Ducis Burgundiæ sita novo præsidio firmabat, postea vero omnibus harum regionum incolis quodcunque consortii genus cum Filio suo interdixit, simulque prohibuit, ne eum inconsulto Patre ullatenus exciperent. Burgundiæ Dux hac agendi ratione non modice turbatus hæsit, veritus, ne forte Rex Filium suum intra Burgundiæ ditionem armata manu extrahere meditaretur; Cum igitur Dux ad ejusmodi vim vi repellendam sese compulsum iri præsenserat, Pa-

Kk 4 trem